

III.

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 22.

---

*Secretum litterarum commercium inter Vivos  
et vita junctos.*

Materfamilias in mundo superiore  
Matri suae dilectissimae in Campis Elysiis.

Ex mundo superiore.

---

Elysium-Meum. Die Veneris. 6. Apr. 1810. (Neov. 20. Mar. 1810.)

---

**A**nimo persuasa sum dilecta Genitrix! ex  
religiosis rationibus: te ærumnas & hilarita-  
tem trans etiam Lybitinam mecum partiri; mi-  
hi compati & congaudere. — Bone Deus!  
quam eram felix, te adhuc superstiti! —  
nulla de re angebar, hæc sonitu strata ac-  
cubui mensæ, nulla me cura exercuit, tu  
cara mater de omnibus sollicita eras, at nunc!  
omnis me cura manet, de cunctis mihi provi-  
dendum — quanta molestia!

His me cogitationibus paullo distans im-  
morantem ecce! ad veterana: us domus nostræ  
amicus Victor, multa & varia mihi narrans  
de Conjugio Austriacæ Principis Ludovicæ  
cum Imperatore Napoleone. Exilii gaudio:  
Bone, dicebam apud me, rursus Foemina sur-  
get, quæ Epocham in orbe factura est —  
quæque Europæ diuturnis bellis fessam speciem  
viam, tranquillitatis dare poterit. Cœnat

modo furorē avertat, aperte & candide fortunas suas non revelasset, & in penetralia domus, grassantes non induxisset? longe aliam matrona hæc rationem sibi ineundam existimabat, nullis illa misis terreri, nullis execrationibus ab animi tranquillitate amoveri; quid agit, quod consilium capit? audi & mirare: Cantum quem *Itali ca via* vocant, intonat, Martialem sibi adstantem furore & ira ardentem corripit, atque cum eo salubra instituit. — Omnes qui aderant re nova inopinata percelluntur, assentiuntur omnes, & quod paullo ante tragicum, repente in comicum spectaculum vertitur, omnes jucundi, & hilares redduntur, bellatores mansuescunt, furor, & affectus deservescit, hilaria producuntur, quibus exactis, discedunt, quia aliqua de duris & enormibus exactioibus implendis mentis refriescit. —

Fæminæ superant viros Consilio. Durante terroris tempore in Gallia multi in exilium adit a foemina absconditi, quos viri eiecere metu percussi, quibus asilum denegabant. Cum periculo vitæ fæminæ victimas has, quæ jam jam ad pægam ferale ducendæ erant, discrimini eripuerunt. Nostra ætate mulieres animo tranquillo fortunam opperiebantur, periculumque impavidæ exceperunt, quod his instabat, audacesque quibusvis adversis occurrebant, quibus honor & vita eorum periclitabatur. —

Fæminæ viros excellent animi patientia. Non modo intensissimi acutissimi que dolores,

dilectæ matri, quid omnia æra Eruditi, præcipue ab exordio Christianæ religionis qualemque operam ad orbi novam formam indandam contulerint. —

Tum amata legi, quæ unquam foeminae intercessione sua in effectum deduxere — cum fortuito venit in manus scriptum periodicum *Genius Sæculi XIX* in quo dissertationem legi, qua foeminis, prærogativa de viris tribuitur, rem haud ingrati tibi factura videor si ejus argumentum isthic adduxero:

Foeminae præstant viros animi præsentia. — Nuper admodum, dum Galli in villam equestrem irruerent, omnes viros fugam arripuerunt, & qua data porta, audito hostium adventu, se proripuerunt; soli matrifamilias tantum erat animi, ut in statione consisteret, domo non excederet, sed intrepido vultu fortunæ vim opperiretur; Martiales viri comparent, exactiores, quæ incolæ villæ satis faciendo impares, inter minas, & imperia qualia victoribus & multiplici rerum successu præferocibus hostibus familiaria esse solent, enormeque postulationes proferunt, cum Jæsis non deferretur, crescit furor, minantur, se e vestigio, nisi desideris suis delatum fuerit, villæ ignes subiecturos & in bustum lamentabilem conversuros. Villica continuo sibi constans propinat aliqua, plura sibi deesse asseverat. Non satis hæc, clamant esserati, novaque eaque dira evomunt fulmina, cujus hic marii cor non trepidasset, quis artubus & visceribus non contremuisset? quis dum.

modo furorē avertet, aperte & candide fortunas suas non revelasset, & in penetralia domus, grassantes non induxisset? longe aliam matrona hæc rationem sibi inveniendam existimabat, nullis illa mixis terreri, nullis execrationibus ab animi tranquillitate amoveri; quid agit, quod consilium capit? audi & mirare: Cantum quem *Itali ca via* vocant, intonat, Martialem sibi adstantem furore & ira ardentem corripit, atque cum eo saluta instituit. — Omnes qui aderant re nova inopinata percussantur, assentiuntur omnes, & quod paullo ante tragicum, repente in comicum spectaculum vertitur, omnes jucundi, & hilares redduntur, bellatores mansescent, furor, & affectus deservescit, hilaria producuntur, quibus exactis, discedunt, quia aliqua de duris & enormibus exactioibus impicendis mentis reficiuntur. —

Fæminæ superant viros Consilio. Durante terroris tempore in Gallia multi in exilium acti a foemialis absconditi, quos viri eiecere metu percussis, quibus asilum denegarunt. Cum periculo vitæ fæminæ victimas has, quæ jam jam ad pectus ferale ducendæ erant, discrimini eripuerunt. Nostra ætate mulieres animo tranquillo fortunam opperiebantur, periculumque impavidæ exceperunt, quod his instabat, audacesque quibusvis adversis occurrebant, quibus honor & vita eorum pericillabatur. —

Fæminæ viros excellent animi patientia. Non modo intensissimi acutissimi que dolores,

summe arumne, gravissimique Crucetatus a  
fœminis tolerantur. Summa cum animi con-  
stantia, verum expectant maxima cum tran-  
quillitate patientique animo terribilissimos im-  
petus fortunæ. — Quod fœmina perpetitur,  
vir perpeti facillimè laborat. — Gerit ea cu-  
ram & servit ægrotæ suo dilectæ constantia  
& sedulitate, quæ frigidissimum Egoistam in  
stuporem agit.

„Mulieres viros Commiseratione præcel-  
lunt. — Nostra ætas ætas calamitatis infor-  
tunisque est, infelices vides, quocumque va-  
dis, qui omnium rerum jacturam tulerant,  
quique ex statu florentissimo ad acerbissimam,  
inediam delapsi. — Copia miserorum viros  
duri cordis efficit — at nunquam fœminæ  
infelices præterire sinunt, quin eum amice &  
lacrimis madente vultu excipiant, liberaliter-  
que stipem porrigant. — Si commiseratio ex  
cordibus vitærum exulat, tum teneres in  
animos se fœminarum recipit, quæ lacrimas  
& dolores lenire conatur, quantum licet.

Fœminæ non tam velociter, quam viri  
animos despondent. Mas desperat aliquot  
post infortunia, atque de omnibus conclamat,  
at fœminæ nullo non tempore meliora sperant,  
expectant cum fiducia opem, quæ menti,  
ceteram honorem adfert. Dum desperabun-  
das casum arripit ad necem sibi consciscen-  
dam, tum mulier animosa media exquirat  
quibus malis mederi possit, & tandem dies  
meliores procurari accersiri que possint. In  
morali ratione fœminas eminet viro, & plures

una matrona hodie vitam pro salute & virtutis defensione discrimini exposuit. — Honor sit famula! —

Genius ætatis cuncta mutans potissimum animos formosi corripuit feminei sexus. Opulentior Classis feminarum delicatescens, molliorem, sensus magis adficiendam educationem nascitur. — Candidæ formosarum manus non laborat amplius veteri theutonico more, in Culina aut in lotorio vestium lixarum, verum ad Clavicordium ac æcum phrygiam aliasque id genus nugas.

At at dilecta Mater! genius sæculi egit in Classem inferiorem quoque sexus nostri, non tamen adeo prospera, quam in eminentiorem Classen. — In quavis ferme domo querela audiuntur de perturbationibus domesticis. Volumina profecto conscribenda essent, si historiam, aut interdum tragicam, nonnunquam comicam fabulam texendi animus esset. — Genius sæculi splendidiorum luxum, commodiorem pervicaciam, & renitentem independenciam famulitio instillavit. Diversa regimina politica negotium & argumentum hoc cordi sibi sumere, atque pro rei gravitate tractandum suscipere, præclaras ordinationes sanxerunt, at arduum illis erit, priorum rerum ultroneum ordinem postliminio revahere, quod prisoi evanuerint mores, & novi nimis quam invaluerint, qui sanctis salutibus adversantur.

Cæterum altera ex parte animadvertendum est: hodiernas Civicas Oeconómicasque



res ac olim labores exigere; olim integra familia civilis conditionis uno cubili hyberno tempore continebatur; unum proin Cubile mundandum erat; uni eidemque mensæ accumbebatur, ast hodie dispar ratio est — alia pro dominio, alia famulatio cibos parandi ratio, herus separatim habet servitium, aliud hera, aliud proles, aliud denique familia; Luxus in suppellectili eget mundatione diligente & multiplice perpurgatione; famulis manus omnes plenz sunt, hincque labor quotidie renovatur & repetitur. — an igitur mirum non omnia secundum vota & desideria cedere? — antea mater quoque familias operæ manum admovit, hodie id moris non est amplius; id genus labor infra dignitatem duceretur — hinc continuæ lites, jurgia orto sole, usque seram noctem.

Sed manum de tabula — nihil amplius de lugubri & tædioso hoc argumento. —

Novus triumphus sexus nostri populos Europæ inopine adfuit; Napoleonem Ludovicæ — ut poeta canit; Invictum vicit amore.

Hollandiæ negotia faventiozem mutationem obtinere videntur; ea aliqua indicia!

*Amstelodamo die 19. Mart.* Memoravimus quosdam excelsos viros & ministros ex officiis dimissos esse. — Præter has, edicto Regio contentas dimissiones, adnotanda est, dimissio D. Gen. Locum. Tarere, Adjutoris Regis Gen. Majoris Ferriere, & secreti Sum. Maj. Consiliarii Henry, communi opinio est:

has innovationes immediato coherere usque  
 cum tractationibus inter Suam Majestatem  
 Imperatorem, & Regem nostrum, Parisiis; quæ  
 cæterum, prout communis persuasio esse vi-  
 detur, optatum ad finem pertingent. Litteræ  
 fidedigæ Parisiis id plane affirmant: die 5.  
 hujus Conventionem initam esse, vigore cu-  
 jus Galli territorium trans Mosam usque pa-  
 cem occupaturi, reliqua pars de integro im-  
 mediato regimini Regis relinquenda statuitur.  
 Eadem litteræ memorant: Suam Majestatem  
 Regem nostrum mox peractis Nuptiarum so-  
 lemnibus isthuc adventurum.

Novissimis his diebus vigeant non tam  
 ramores pacis, quam potius spes. Nituntur  
 hæc puræ præsumptioni, arctam conjunctionem  
 Gallicæ & Austriacæ aulæ iteratam pacis  
 propositionem consecuturam, aulamque Pe-  
 tropolitana de novo consilium declarasse,  
 junctis cum Gallia viribus optati hujus finis  
 effectum procurandi.

*Mediolano 11. Mart.* Nudius tertius Se-  
 natus occasione imminentium Solennium Nu-  
 ptialium Imperatoris & Regis Conventum ex-  
 tra ordinem habuit, quo ablegatio Deputa-  
 torum Parisios decreta est.

Publica M. Ducatus Hetruriæ debita a  
 priore regimine contracta affurgunt ad 32  
 milliones. Ad hæc illico expungenda, in-  
 colasque M. Ducatus ad onere annuorum

Censum, qui ad debita nationalia procurari debebant, Sua Maj. Imperator Napoleo præcepit: ut Creditoribus Status valor 32 nationalium bonorum consignetur.

Nuncio *Neapoli* ferunt: Primis hujus mensis diebus Regem in provincia fuisse comitibus pluribus Ministris, Generalibus Inspectoribus, rei tormentariae & Geometricae Calabriam petendi. — Pars Prætorianæ Cohortis jam reapse eo iter ingressa est. Expectabantur plures Gallicæ, legiones ad augendum exercitum intra regnum.

*S. Maria ad Gades die 16. Febr.*

Hodie fortuna nobis obtigit Suam Maj. Regem Josephum intra pomeria urbis nostræ excepiendi. Omnia Collegia aditum ad Regem obtinuerunt, gratulamurque nos a furente Juatæ regimine liberatos esse. Sua Maj. urbe rursus excessit, versaturque in Chislana, ut propior urbi Madrito esse possit.

Die 14. hujus Gallicæ copiæ Tarifam, & 15 Algesiram ingressæ sunt. Insurgentes Asturizæ Oveto (Oviedo) urbi accessere, ad Ducem *Bounet* adoriendum, urbemque in potestatem redigendam. At repressi, cæsique sunt adeo, ut pauci solum intra montes se recipere potuerint.